

Heinrich Müller

**Rector Universitatis Rostochiensis D. Henricus Müller/ Theol. Prof. Ordinarius,  
Facultatis suae hodie Decanus & ad Div. Mariae Pastor Ad Solennem Passionis  
Dominicae memoriam sancte recolendam & Bacchanaliorum turpitudinem  
fugiendam Cives Academicos sedulo serioque hortatur : [P. P. Sub sigillo  
Rectoratus d. 21. Februarii Anno 1664.]**

Rostochi[i]: Kilius, [1664]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735640203>

Druck    Freier  Zugang



*H. Bojt.* 91.  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**D. HENRICUS**  
*Güller /*  
Theol. Prof. Ordinarius, Facul-  
tatis suæ hodie Decanus & ad Div.  
Mariæ Pastor

*AD*  
Solennem  
① **PASSIONIS DO-**  
MINICÆ  
memoriam sancte recolendam,

② **BACCHANALI-**  
ORUM  
turpitudinem fugiendam,  
Cives Academicos sedulo serioque  
hortatur.

35(0)58

ROSTOCHI,  
Typis JOHANNIS KILLI, Acad. Typogr.

1664

*R. U. - Progr. 1664*

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROTTOCKENSIS  
D. HEINRICUS

1711  
Tunc Holz Olympos, Facili  
eumque datur Deinde  
tuis luteis pectoris  
Mox Pectoris


PASSIOPLIS DO  
MINICII

Memoriam suam recognoscit

BACCHANALI  
ORVM

Imperialis in diebus  
Cives Aeternitatis sedulo





Ecurrit, DEI gratia,  
iterum illud anni tempus,  
quo exire jubemur ex  
mortaliū terrestria hæc  
sestantium contubernio,  
& intueri JESUM nostrū,  
qui abs discipulo suo in-  
nocens salutatus & pro no-  
cente traditus spectacu-  
lum, eheu! nobis sistitur tristissimum. Cui do-  
minantum Domino servilem in modum injiciun-  
tur vincula, cui Regum Regi calones & vilissima  
quæque mancipia insultant, cujus divinam faci-  
em, ad quam cœlum & terra contremiscit, fæx  
nebulonum & furum manipulus velo obducit  
& pugnis onerat quam frequentibus. Vides hic  
caput colaphis tuber, sputo fœdum, spinis cru-  
entum; comam multo sanguine concretam, nares  
pugnis contritas, per cicatrices adacta vulnera  
& crucis denique supplicium propter nos nostra-  
que peccata a DEO suscepimus. Quod si trium-  
vir

vir Marcus Antonius , cum in funere Cæsar is ca-  
daver confecti detexisset , & sanguinolentas la-  
cerasque vestes Populo Romano ostendisset , tan-  
to motu iracundiaque implevit animos spectan-  
tium , ut facibus sudibusq ; , quas cuiq ; ira dabat ,  
à rogo raptis , impetuose accurrerint ad oppu-  
gnandas ædes percussorum Cæsar is , qui tamen  
revera libertatem omnibus eripuerat : quanto æ-  
quius erit , ut nos Christiani , Christi vulnerum in-  
tuitu , insatiabili odio adversus peccata inflamme-  
mur , à quibus , dum nos in veram libertatem af-  
sertum ivit Servator , tam indigne & misere ille  
habitus ! Verum enim vero tantum abest , ut hoc  
ipso tempore adversus peccata hostica arma mo-  
veant maleferiati quidam , ut nunc potissimum  
peccatorum omnium fomiti & parenti , Ebrieta-  
ti indulgeant , nunc maxime in diebus vino , nocti-  
bus flagitio traducendis desudent , non quidem  
cupidius quam toto anno , sed inverecundius &  
licentius , quasi luxuriæ jus publice esset datum .  
Scilicet hi nequam homines Bacho se rotos de-  
vovent & cum insano Thyadum Bassaridumque  
grege Evii Orgiis interesse , quam cum Ecclesia  
servatoris sui sanguinem & crucem meditari ma-  
lunt . O mortalium omnium pessimi quis servo-  
rum JESU sibi temperet abs lacrymis ? Vox illi-  
us , pro vobis traditæ victimæ , obmutuit , & vos  
clamo .

clamoribus, boatibus ac rixis tranquilla noctis si-  
tentia turbare perficta fronte haud erubescitis?  
illius manus vinculis constrictæ, caput spinis com-  
punctum, corpus flagellis concilum, qui vobis  
non sibi talia passus est. Et vos à pugnis & cædi-  
bus vix continetis manus, vix aliorum corpori,  
capiti & vitæ parcitise. Ah cogitate quantopere  
DEUS detestetur, quam severe puniat peccata,  
qui nec Unigenito suo pepercit, aliena tantū, non  
propria luenti. Perpendite, quam ferreum sit  
hoc seculum, ubi Turcarum & Tartarorum tot  
armati, cataphracti, circumquaque loricati & to-  
ti quasi ferrei in ἀδελφότητι irrupere vestram affli-  
ctam, eheu! & tantum non exspirantem. Se-  
narius Græcus est, οὐδεὶς τοῦτο πῦρ μωρίνει πέλας.  
Præsente ferro nemo talia desipit. Agnoscite igitur  
præsens ferrum, nec bachanalia desipite, agnosc-  
cite quod præ foribus est, & cervicibus vestris  
tantum non imminet malum; toto pectore devo-  
tissimas clementissimo DEO gratias agite, quod  
in acie novaculæ constituti toties, jam pridem non  
estis consumti; ejus patrocinium ardentibus por-  
ro implorate suspiriis, culpam deprecamini, pie  
modesteq; vivite. Cogitate, quid vos Leges no-  
stræ jubeant, quibus juratam deberis obedienti-  
am. A nocturnis diurnisq; discursationibus, habet  
Lex XII. beliinis clamoribus & boatibus, ab omnibus  
injuriis

injuriis, vi vel fraude, verbis vel factis aliorum cor-  
pora vel famam lādentibus, à seditionis tumultibus,  
sub pœna Carceris vel Relegationis abstineant. Legi-  
bus parere libertas est, flagitium partitionem de-  
trectare: in transgressores, scitote, communi Rev.  
Concilii suffragio severissime animadversum iri,  
etiam tum, cum nullæ ad nos deferuntur querelæ.  
Cogitate, Christi passionem vestram esse institu-  
tionem. Ad quid videtis in ipso ḥegm̄b̄s sanguine-  
os sudoris instar destillantes & in terram guttatum  
defluentes? Ut ipsi in lacrymas dati toti peccata  
vestra acerbissime defleatis. Ad quid captura &  
vincula Servatoris? Ut vos amore ejus capti,  
quem vestrūm amor exussit & consumxit rotum,  
ipsi sinceræ obedientiæ nexu alligemini; ut Con-  
stringat vos charitas illa Christi, ne posthac vobis vi-  
vatis, sed ei, qui pro vobis mortuus & suscitatus est  
II. Cor. V, 14 15. Ad quid irrigui expositus Domi-  
nus? Ut ne dememores sitis illius Paulini; Ne erra-  
te, DEUS non irridetur. Quicquid enim seminave-  
rit homo, hoc & metet. Nam qui seminat carni sua,  
ex carne metet interitum: qui vero seminat Spiritui,  
ex Spiritu metet vitam eternam. Cur mortem Dux  
vitæ oppetiit? ut vobis semper obversetur Pauli  
illud; Si secundum carnem vivitis, moriemini: Si  
autē spiritu actiones carnis mortificatis, rivetis. Rom.  
VIII, 13. Cur lignum crucis insiliit Dominus gloriæ?

ut

ut æternū memores sitis vos moniti Apostolici;  
Qui Christi sunt, carnem suam crucifigere student,  
cum affectibus & concupiscentiis Gal. V, 24.

Tamen vocem. Δῶν δὲ ὑμῖν ὁ θεὸς σύνεστιν εἰ πᾶσι. Sitis ejus  
qui virtæ fons est inexhaustus, siti vestræ modum,  
ponat, infrænemque potandi cupiditatem in vo-  
bis refrænet! Horrendum crucis supplicium, ad  
quod cœlum & terra tum expavescebant, trepi-  
dabat confracta tellus, petræ solidissimæ dissili-  
bant, elementa præ horrore nutabant omnia,  
& solis solita caligine involvebatur, crucifigat in  
vobis omne peccatum! Suspiria ejus, qui tan-  
quam publicum Bidentalē extra urbem ad locum  
sceleratorum poenis infamem abductus cœli ter-  
ræque Monarcha cœlum inter & terram medius  
pependit, vitamque in ligno misere depositus, ex-  
citent in vobis suspiria pro obtinenda pace Eccle-  
siæ! Supplices Deum incurrite, ô nostri, ut tan-  
dem aliquando ex alto afflictissimam suam Eccle-  
siam respiciat, belli tempestates & nimbos, si ita  
benevolia ipsius voluntas tulerit, clementia sua  
ceu benefico aliquo fidere discutiat; Ecclesiæ-  
que nitorem, pacem & tranquillitatem omnibus  
restituat.

Cæterum vos, qui noviter nostram  
salutastis Academiam, scitote, ob rati-  
ones


ones non unas nec imprægnantes abs  
Rev. Concilio statutum esse, ut discri-  
men vestium, quod inter veteranos &  
novitios studiosos obtinuit hactenus,  
aboleatur penitus, quò aliis Academi-  
isetiam in hoc capite conformetur no-  
stra. Quapropter novitios vos sedu-  
lo serioque monemus, ut quantocy-  
us deposita cum veteri homine veteri  
veste ita vos nobis vestitos exhibeatis,  
uti decet eos, qui Pennalismum abju-  
rarunt omnem, ne ulteriori in & inter  
vos libidini scoristicæ abs vobis ipsis  
subministretur occasio. Gloria ve-  
stra in obsequio posita, quod si con-  
temtim detrectaveritis, nostram noli-  
te incusare severitatem, sed propriam  
inobedientiam, cui Relegationis pœ-  
nam jam esse decretam, vos volo  
paterne præmonitos.

P. P. Sub sigillo Rectoratus d. 21. Februarii  
Anno 1664.

100

ut æternū memores sitis vos mo  
Qui Christi sunt, carnem suam cr  
cum affectibus & concupiscenti  
taūtæ vocant. Αών δὲ υπὲν ὁ θεὸς αὐτοῖς εἰ  
qui vitæ fons est inexhaustus, siti v  
ponat, infrænemque potandi cup  
bis refrænet! Horrendum crucis  
quod cœlum & terra tum expave  
dabat confracta tellus, petræ sol  
bant, elementa præ horrore nu  
& sol insolita caligine involvebat  
vobis omne peccatum! Suspiria  
quam publicum Bidental extra ui  
scelerorum poenis infamem ab  
ræque Monarcha cœlum inter &  
pependit, vitamque in ligno mise  
cident in vobis suspiria pro obtine  
siæ! Supplices Deum incurrite,  
dem aliquando ex alto afflictissim  
iam respiciat, belli tempestates  
benevolia ipsius voluntas tulerit,  
ceu benefico aliquo fidere dispu  
que nitorem, pacem & tranquill  
restituat.

Cæterum vos, qui nov  
salutastis Academiam, sci



olici;  
udent,  
, 24.  
ejus  
lum,  
in vo  
m, ad  
trepi  
issile  
nia,  
gat in  
i tan  
cum,  
li ter  
medius  
it, ex  
Eccle  
it tan  
Eccle  
, si ita  
a sua  
clesiæ  
inibus  
tram  
rati  
ones